



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Cvr mulieres secutæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in villas. 36. Exierunt autem videre quod factum esset, & uenerunt ad Iesum: & inuenerunt hominem sedentem, a quo demonia exierant, uestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. 37. Nunciauerunt autem illis & qui uiderant, quomodo sanus factus esset a legione. 38. & rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem descendens nauim, reuersus est. 39. Et rogabat illum uir, a quo demonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: 40. Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem, predicans quanta illi fecisset Iesus. 41. Factum est autem cum redisset Iesus, excepit illum turba. Erant enim omnes expectantes eum. 42. Et ecce uenit uir, cui nomen Iairus, & ipse Princeps synagoga erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum ut intraret in domum eius. 34. Quia unica filia erat ei fere annorum duodecim, & hac moriebatur. Et contigit, dum iret, a turbis comprimebatur. 44. Et mulier quaedam erat in fluxu sanguis ab annis duodecim, quae in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari. 45. Accessit retro, & tetigit simbriam uelamenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. 46. Et ait Iesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Praceptor, turba te comprimunt, & affligunt, & dicit: Quis me tetigit? 47. Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis, nam ego noui uirtutem de me exisse. 48. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens uenit, & prociudit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicanti coram omni populo: & quemadmodum confestim sanata sit. 49. At ipse dixit ei: Filia, fides tua saluam te fecit: uade in pace. 50. Adhuc illo loquente, uenit quidam ad Principem synagoga, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. 51. Iesus autem, audito hoc uerbo, respondit patri puella: Noli timere, crede tantum, & salua erit. 52. Et cum uenisset domum, non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & Patrem, & matrem puella. 53. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nilite flere, non est mortua puella, sed dormit. 54. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. 55. Ipse autem tenens manum eius clamauit, dicens puella, surge. 56. Et reuersus est Spiritus eius, & surrexit uiuino. Et iussit illi dare manducare. 57. Et stupuerunt parentes eius, quibus praecipit, ne alicui dicerent quod factum erat.

IN CAPVT OCTAVVM

ARGVMENTVM.

N VLLA hoc capite historia est non ante exposita, nisi quod uers. 2. de mulieribus cum sequentibus habetur. Parabola feminantis. Matth. 13. 1. Marc. 4. 2. de Lucerna. Matth. 5. 25. Marc. 10. 3. & de occulto non legendo. Marc. 4. 22. De matre & fratribus. Marc. 3. 31. De procella. Matth. 8. 23. Marc. 4. 36. De Iairo. Matth. 9. 18. Nihil itaque magnopere hoc loco exponendum superest.

A uersu 1. ad 16. in Syriacâ Ecclesiâ feriâ quintâ hebdomadis secundae ieiunij legitur.

Syria Ecclesia B. Virginis commemorationem celebrat. **דְּבַחַת בְּרִייתָא דֵּי מַרְיָם** Beduchera deialedath elaha Mariam. Vbi notandum publicam fuisse illam in Ecclesiâ B. Virginis commemorationem.

Deinde Syros appellare B. Virginem ordinariē **דְּבַחַת בְּרִייתָא דֵּי מַרְיָם** Ialedath Elaha, genitricem Dei. Idque magno zelo contra Nestorianos.

A uersu 22. ad 40. Ad uesperam dominicæ quintæ ieiunij. Quamuis ad uerbum sit: Ad uesperam, uel uespera unius in Sabbatho quintæ ieiunij.

A uersu 40. ad finem eodem modo habetur de matutinis eiusdem diei. Nempe: Matutinis unius in Sabbatho quintæ ieiunij.

VERSVS 2.

Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a spiritibus malignis; & infirmitatibus, &c.

QVÆSTIO I.

Cur mulieres secutæ?

S. 1. **M**irum uideri posset, cur Dominus, cum tot sanarit, & inter eos etiam opulentos, cur non uirorum operâ in familiâ, sed foeminarum uisus ministerio. fuerit. Nam poterant illi sine offensione, & pleniore iure de facultatibus suis Domino ministrare. Est e-

nim nulla impuritatē suspicio ex eo nasceretur, alia tamen incommoda haud leuia oriebantur. Nam si uiduæ erant, aut cœlibes non modo promptum erat Pharisaïs obicere, quod illis Christus exprobaui, eos, domos uiduarum deuorare, cum Christus eas secum ad peregrinationes traheret; sed legibus etiam in eum agere poterant illi, qui nullam calumniæ occasionem mittebant, aut agnatos mulierum opulentarum in eum concitare, quod hæreditates sibi quandoque obuenturæ, in Christi alimenta conuerterentur. Scimus enim uiduis curatores interdum poni, & in earum fraudatores grauissimas leges esse latas.

Magis etiam alienum uideretur, doctorem Apostolos duodecim, & alios discipulos circumducen- tem, gynæceum trahere, cum Apostoli ipsi domum, & uxores suas reliquissent. Cur non saltem Apostolorum legitima uxores primas obtinent, dignitate ornatas

maritorum cenſe? Quod ſi excipias diuites non fuiſſe, Matchai vxor oppoſetur, etſi diuites non erant, diuitum ſane miniſtra eſſe poterant, ſimulque maritis fuiſſe adelle.

§. 2. Pro certo ſtatuendum eſt, eo modo omnibus circurſantiſ diligentem expenſis nullam occaſionem offenſionis vel minimam a Chriſto datam. Hoc enim charitas filii Dei, Euangelii profectus, & fama poſcebat. Deinde cum omnia Chriſti minima Phariſaei calumnierentur, ad id vt ipſas vellere, ſabbatho curare in crimen vocarent, occaſione conuiuium, vini potationem, & hella onem appellarent.

Nanquam tamen mulierum, quae cum illo erant conſortium illi obieciarunt. Eterant tamen, vt inquit Euangelista, cum illo: & duodecim cum illo, & mulierum alia, & nominatis tibus addit. & multa alia. Miniſtrabant autem & Chriſto, & Apoſtoliſ. Sic legitur: Miniſtrabant autem, aliquot libri habent a vobis ipſis. Idem ſenſus eſt. Nam qui Apoſtoliſ miniſtrabat etiam Chriſto obſequium impendebat, cum Apoſtoliſ propter Chriſtum neceſſaria praeraret. Exemplaria variant: praecipue Graeca, plura tamen habent a vobis. Nec deſunt libri, qui Latine habent Eas, tres recenſet Braſigenſis. Reſtina tamen lectio communis, Chriſto enim praecipue miniſtrabant, vt dixi.

§. 3. Commentarius Hieronymi conſuetudine excuſat. Conſuetudinis inquit in cap. 27. Matth. Iudaea fuit nec ducebatur in culpam more gentis antiquo vt mulieres de ſubſtantia ſua, viſtum atque veſtitum praecipuo: vobis miniſtrarent. Hoc tamen ad alium facere poterat in nationibus, Paulus ad iſta ſe memorat. Dicit enim ipſe: Nunquid non habemus poſſeſſorem ſorores: mulieres circumducendi, ſicut & caeteri Apoſtoliſ faciunt? Miniſtrabant autem Domino de ſubſtantia ſua, vt meteret earum carnalia, cuius illa merebant ſpiritalia. Quod indigeret vobis Dominus creatur arum, ſed vt tyrum offerret magiſtrorum: quod viſtu atque veſtiti ex diſcipulis deberent eſſe contenti. Sed videamus quales comites habuerit: Mariam Magdalenam, a qua ſeptem demonia eiecerat, & Mariam Iacob, & Ioseph marrem, materem ſuam, ſororem Mariae matris Domini: & matrem filiorum Zebedaei, quae paulo ante regnum liberis poſtulauerat, & alias, quas in caeteris Euangelia legitur.

Non abnuo conſuetudinem fuiſſe, & laudabilem etiam eſſe ac iuſtiſſimam. nec tamen iidem illi inſidiabuntur, alii Chriſti familiam per eas poſuiſſe, quamuis illae non comitarentur, procuratores enim de quaſtorem dare poterant, qui neceſſaria miniſtraret. Non enim de alimentis ſed conſortio & ſocia peregrinatione agimus. Minus autem ſumptuum erat futurum, ſi expenſas per homines fideles facerent, quam in peregrinatione nobilium matronarum, quae & ſuam familiam non exiguo diſpendio trahebant. Habebant enim & illae honeſtum, vt mulieres nobiles, comitarum, ſeruitia, vt pote innocentiae ſuae teſtes domeſticos, quae res Chriſti comitarum admodum numero ſum reddidit, & frendentibus Phariſaeis inuidendum.

§. 4. Terullianus libr. 4. cap. 19. contra Marcionem. ita factum, vt impleteret quod dixit Iſaias cap.

Quod diuites Chriſto mulieres adhaerebant, quae & deſcultati vobis ſuis miniſtrabant ei, inter quas & vxor regis procuratoris de Prophecia eſt. Haec enim vocabat per Iſaiam: Mulieres diuites exſurgite, & audite vocem meam, vt diſcipulas primae de hinc vt operarias & miniſtras oſtenderet, filia in ſpe audite ſermones meos. Dies anni memore cum labore in ſpe. Cum labore enim quo ſequabantur, & ob ſpem miniſtrabant.

Qua ex re video rationem omnibus maiorem: Prophecia praedixit futurum, Chriſtus propheciam impleuit. Igitur illa mulier, Chriſti comitatus. Cur autem Deus ita ſtatuerit, cauſam ipſe nouit.

Quis conſiliaris eius fuit? Adami Conzen in Euang. Tom. II.

§. 5. Ratio adferri illa praecipue poſſet, quod mulieres illas nobiles, a demonibus ex variis morbis liberatas in teſtimonium miraculorum circumducerent: cui continuo occurritur, viros ſanatos, & comitari paratos in familiam accipi poſuiſſe. Sed demoniacum ſanatum, non admittit, domum ire iuſſit, etiam dicere quae ſibi feciſſet Deus.

Miracula in mulieribus facta teſtimonio erant.

§. 6. Mihi duplex difficultas hic moueri videtur. Prima eſt, cur offenſioni populis non fuerit, comitatus opulentiarum mulierum, quae & ipſae familiam habebant. Altera cur mulieres aſciuerit, non vxores Apoſtolorum, aut viros diuites cum vxoribus.

Ad primam reſpondeo, Chriſti & familiae eius talem fuiſſe diſciplinam: vt nemo tam proterue d. e. x fuerit, qui male de eius caſtitate loqueretur. Nemo Eliae viduae hoſpitiu obicit, nemo, inquam, ne quidem de centuriſ pſendoprophetarum Iſabellorum, at maior Elia Chriſtus fuit.

Heroica virtus ſuorum calumniarum.

Deinde mulieum ſequentium eam fuiſſe conditionem, vt in eis conuiuia locum habere non poſſent.

Diſciplina Chriſti ſuſtinetiones tollebat.

Eam pietatem, largitatem, & quod grauiſſimis liberatae morbis officiu hoc debere videtur, liberatae erant a Damonis & infirmitatibus, vbi tamen quidam liber addit ſanatos d. e. x. v. o. s. u. r. g. i. s. m. a. r. t. i. r. u. m., quod aliunde ſumptum eſt.

Denique ita Chriſtum ſequentes aderant exhortationibus, & miraculus eius, vt tamen ſe ſim habitarent, alia domo hoſpitiu fortita, ita vt non agerent niſi eo modo cum Chriſto & Apoſtoliſ, quem omnes probarent.

§. 7. Cur vero non obiecerint illi fraudes viduis innexas, & impoſturas, quaſi patrimonia in ſua praemia verteret, in cauſa erat Chriſti innocentia, & Phariſaeorum in eo genere praedandi conſuetudo. Quia tamen innocentia parum tuta per ſe futura aduerſum calumniam erat; notandum eſt, cur hic dentem ſigere luor non poſuerit. Duplicem autem rationem eſſe arbitror. Prima eſt ex Chriſti Domini magnifica liberalitate. Altera a matronarum virtute. Chriſtus vt in Euangelio legitur vna interdum hora plurimos variis infirmitatibus, morbisque liberabat, ſi pecuniam non exigere, ſed oblatam accipere voluiſſet, aut cum aegris opulentiſ pacifci, non eſt dubium, quin breui regias opes colligere facile & illi & diſcipulis fuiſſet. Quod cum omnino non faceret, non erat vllus calumniae crediturus, ſi de auaritia eum accuſarent.

Viduarum opes a Chriſto peti nemo erat crediturus.

Chriſtus ex curationibus facile opes colligere poſuiſſet.

Modestia etiam & virtus mulierum omnem vel inimicorum vel agnatorum actionem arcebat. Habitu enim, in ceſſu, familia, ſumptu ita ſe omnibus probabant, nullam vt anſam maledicti darent. Quod in aliarum familia ornamentorum concinnatores, curpediarum artiſices, ancillarum greges, & faſtus auferrebat, huius vna pars Chriſto impenſa abunde pauperem familiam alebat. Cur non impenderent tanto doctori, miraculorum paratori, ſuo ſeruatori, quod mundo plaudente in gemmas, in vnguenta, in muliebria crepundia & ipſa poterant erogare, & alia quotidie dilapidabant? Cur malignum vulgus obiceret conſortium pauperum, quas videbat obformatas contra illecebras mundi, & laticiniam aliorum?

Quid enim non poſſet, qui aquam in vinu mutare, panes & piſces multiplicare poterat?

Quis vero indignè ferat, coronas, theriſtia, ſoloces, multitas ſyntheſes, meandricos flexus, ſtolas, ſuppura crepidula, caliendra, terica, monilia, armillas, maleolos calceos, lumina capillorum, circulos aureos, peſtines baſamo & Telino inunctos, biſulcum ferurum, pulueres dentibus climandis, & vnguibz reſpaſtmandis, ceruſſam, purpuriſſum, linteola & lina, quorum vni decies ſeſtertium inſeritur, in pauperum

Superſua Domino tributa.

alimenta expendi? Quis queretur ali familiam Saluatoris centesima eius parte, quod ad exitum pudicitia, & illectamenta voluptatis alia profundebant? Verè Tertullianus de habitu mulierum cap. 9. Non tanto maior sit concupiscentia, quanto magno fecit quod concupit? Breuissimis loculis patrimonium grande profertur. Vno lino decies seftertium inferitur. Salius & insulas tenera ceruix fert. Graciles aurium cutes Kalendarium expendunt, & sinistra per singulos digitos de sacca singula ludit. Ha sunt vires ambitionis, tantarum vsurarum substantiam vno & muliebri corpusculo baiulare. Ita sanè erat, vni filio villarum innocencia altricum Christi. sunt precia, ait S. Hieronym. in vita Pauli. Has vitiorum sarcinas si abiciant, & Christum cum Apostolis alant, quis contra vel hiscere audebit?

§. 8. Satis apparet, cur scandalo non fuerit ex tot viris mulieribusque Domini comitatus; superest, vt explicem, cur mulierum opera vt Dominus voluerit.

Quanquam autem Dei nobis consilium occultum sit, & ratio facti exigi ab infinita sapientia non debeat.

Gratum tamen est, optimorum eius operum rationes cognoscere. Venerat Christus omnes redempturus, nullo gentis, ætatis, sexus, discrimine. Viros in Apostolos legit, qui Ecclesiam regerent, fœninarum etiam partes esse in Ecclesia voluit, vt necessaria ministrarent. Posterorum enim causa id factum est, itaque & Apostoli mulieres circumduxerunt, & earum ministerio vsi sunt. Nec dubito quin multis precibus & lachrymis id illæ obringerint, quæcunque fecerunt.

S. Augustinus lib. de opere monachorum suis hinc probat doctoribus Christianis à populo deberi, quæ ad vitam necessaria sunt. Quod quisquis putat non potuisse ab Apostolis fieri, vt cum eâ sancta conuersationis mulieres circumirent, quacunque Euangelium predicabant, vt eâ de sua substantia ministrarent necessaria; Euangelium audiant, & cognoscant quemadmodum hoc ipse Dominus exemplo faciebant. Dominus enim noster more misericordie suæ infirmioribus compatiens, cum ei possent Angeli ministrare, & loculos habere quod mitteretur pecunia, quæ conferebatur vtique à bonis fidelibus eorum victui necessaria: quos loculos Iuda commendauit, vt etiam fures, si euitare non possemus, tolerare in Ecclesia disceremus. Ille enim ea quæ mittebantur, sicut de illo scriptum est, auferebat. Et mulieres voluit, vt se ad præparanda & ministranda necessaria sequerentur, ostendens quid Euangelisti & ministri Dei tanquam militibus, à plebibus Dei tanquam provincialibus deberetur, vt si quis eo quod

Mulieribus a- sibi deberetur vt nollet, sicut Apostolus Paulus vt noluit, am- plius impenderet Ecclesia, non exigendo stipendium debitum, sed quotidianum victum de suis laboribus transigendo. Audierat enim stabularius, ad quem vulneratus ille perductus est, Siquid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. Amplius erogabat Apostolus Paulus, qui suis, vt ipse testatur, stipendiis militabat. In Euangelio enim scriptum est, Deinceps & ipse iter faciebat per ciuitates, & castella predicans & Euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliqua erant curata à Spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria que vocabatur Magdalena, de qua demonia septem eiecerat: & Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & alie multa quæ ministrabant eis de facultatibus suis. Hoc exemplum Domini imitabantur Apostoli ad accipiendum sibi debitum cibum: de quo idem Dominus apertissime loquitur, Euntes, inquit, predicare, dicentes, quia appropinquauit regnum celorum: Infirmos curate, mortuos suscite, leproso mundate, demonia eijcite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis vestris, neque peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo. Ecce vbi constituit Dominus, quod idem Apostolus commemorat. Ad hoc enim dixit illa omnia ne portarent, vt vbi opus

esset, ab eis acciperent, quibus annuntiabant regnum Dei.

Quidam ad tempus secutas aiunt, constat tamen aliquas vsque ad crucem comitatas.

§. 9. Tostanus Calvinista quosdam interpretes hinc conclusisse, licere Apostolos vxores habere, quos tamen ille non probat. Neque enim Magdala, Iohanna, Iena, neque Ioanna vxor Chuzæ Apostoli allicuius vxores erant. Nam si illa interpretandi infania admitteretur, non deerunt qui CHRISTO vxorem assignent. Olim Montanus improbam expolitionem commentus, famosa scorta, Maximillam, & Priscillam Propheetiarum titulo secum habent. Contra eos, Augustinus libro de opere monachorum cap. quinto.

§. 10. Omnino mulieres ad pietatem promores sunt, & ad superstitionem: ita hæretici plurimi per mulieres detrimenta artulerunt, De Arianis testatur Athanasius lib. 2. contra Arianos; Deinde quoque & ad mulierculas sese insinuantes istiusmodi verba effusiua sonant: Quid an habebas filium, antequam pareres? Sed sic multo tempore non habebas, itidem quoque & Dei filius non ante erat antequam gigneretur. Hoc genere verborum famosi nebulones propemodum tripudiando lasciuunt, Deum hominibus adequantes, ac interim sese iactantes semper Christianos fuisse, qui gloriam Dei in similitudinem imaginis hominis corruptibilis immutant. Oportuit quidem ad ista tam stulta & phantastica nihil responderi, ne quid firmi eorum hæresis habere videretur: sed tamen absurdum non est, eos obiter in istiusmodi refutari, præcipue ob mulierculas, quæ facte in eandem abducuntur.

§. 11. Mulieres portò Iudæorum religiofas præ viris fuisse hoc indicio est, quod vicinas gentiles ferè conuertebant. Exemplum est apud Iosephum libro 2. cap. 25. Tunc autem Damasceni, cede Romanorum cognita, Iudeos apud se degentes opprimere studuerunt: eos in publicis thermis collectos haberent, (namque id olim propter suspiciones meditabantur) facilem quidem sui exitum fore putabant, verebantur autem mulieres suas, sero omnes præter paucas Iudæizantes, & eorum religione imbutas. quare hic magna cura fuit eas celandis quæ agerent. Iudæorum autem decem milia, quippe vt in angusto loco, atque omnes inermes aggressi vnâ horâ sine metu iugularunt. Vbi hoc sanè mirabile est; Vxores Damascenorum fuisse omnes ferè Iudæizantes, secundò nullos ferè fuisse viros, imò viros omnes Iudæis infensos, vt nullus consilium Iudæis proderet. Scio hæc esse posteriora, sed ad fœminarum deuotionem ostendendam facta est.

Quid si & illud addidero mulieres ad priuatas aliarum fœminarum instructiones idoneas fuisse. Nam reuera Iudæicarum fœminarum videtur in commune maior, quam virorum in rebus pietatis ardor. Itaque eas hoc honore Deus dignatus est, vt nutritias aulæ suæ haberet. Mansit vero illa in Apostolis conuictu, & martyrum etiam æno vbi aduertimus, earum in ægris curandis, carceribus visitandis, martyrumque ministerio versari.

QUESTIO II.

Quæ præterea hoc capite obseruanda sint?

§. 1. Cvm easdem historias non eisdem omnino verbis Lucas recenset, quibus alii Euangelistæ, quædam notationes adiciere opere precium auxi, ne aliqua in re lectorem hæreticè sit necesse.